Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et quid sit iustus. Et animum
quidem quid sit non incon-
grue nos dicimus ideo nosse
quia et nos habemus animum.
Neque enim umquam oculis ui-
dimus et ex similitudine
uisorum plurimum notionem
generalem specialemue per-
cepimus. sed potius ut dixi
quia et nos habemus animum.
Quid enim tam intime scitur.
seque ipsum esse sentit. quam id
quo etiam cetera sentiuntur.
Id est ipse animus. nam et motus
corporum quibus praeter nos
alios uiuere sentimus. ex nostra
similitudine agnoscimus.
Quia et nos ita mouemus
corpus uiuendo. sicut et
illa corpora moueri ad-
uertimus. Neque enim cum corpus
uiuum mouetur. aperitur
ulla uia oculis nostris ad ui-
dendum animum. remque
oculis uideri non potest.
Sed illi moli aliquid inesse
sentimus. quale nobis inest
ad mouendum similiter
molem nostram. quod est uita et
anima. neque quasi humanae
prudentiae rationisque pro-
prium est. Et bestiae quippe
sentiunt uiuere. Non tantum
se ipsas. sed etiam inuicem atque
alterutrum. Et nos ipsos.
nec animas nostras uident.
sed ex motibus corporis id
quod statim ac facillime quae-
dam conspiratione naturali.
Animum igitur cuiuslibet
ex nostro nouimus. Non enim
tantum sentimus animum.
sed etiam scire possumus
quid sit animus conside-
ratione nostri. Habemus enim
animum. sed quid sit iustus
unde nouimus. Diximus
enim apostolum nos non alia causa
diligere. nisi quod sit iustus
animus. Nouimus ergo et quid
sit iustus. sicut et quid sit
animus. Sed quid sit
animus ut dictum est nouimus
ex nobis. inest enim animus
nobis. Quid autem sit iustus.
unde nouimus. si iusti non
sumus. Quod si nemo no-
uit quid sit iustus nisi qui
iustus est. nemo diligit ius-
tum. nisi iustus. Non enim
potest diligere quem iustum
esse credit ob hoc ipsum quia
iustum esse credit. si quid sit
iustus ignorat. secundum quod
supra demonstrauimus.
Neminem diligere quod